

RECTOR  
ACADEMIAE LUDOVICIANAE  
D. FRANCISC. IVSTVS  
KORTHOLT

PROFESSOR IVRIS ORDINARIUS  
ET ACADEMIAE SYNDICVS  
VNA CVM VNIVERSO

SENATV ACADEMICO  
*PRAELECTIONES AESTIVAS*  
TAM PVBLICAS QVAM PRIVATAS  
RITE INDICIT  
ET AD EAS SEDVLO AC DILIGENTER AVDIENDAS  
GENEROSSOS NOBILISSIMOS QVE  
ACADEMIAE CIVES  
PERAMANTER INVITAT.


---

P. P. DIE III. APRIL. clo Is ccxlvii.  
SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI.

---

G I S S A E  
Typis EBERH. HENR. LAMMERS, Acad. Typogr.

2



## In Facultate Theologica.

### D.IO.GEORG.LIEBKNECHT,

*Superintend. Fac. Theologicae & totius Acad. Senior.*

**P**ublice in Historia eccles. ad secula obscuriora progres-  
sus, fatales Theologiae Scholasticae natales exponet  
specialius. *Priuatin hora stata in lectionibus biblicis perget*  
& Candidatis Sti ministerii *institutiones Pastoriles* B. Doct.  
FECHTII proponet, nec iis deerit; qui Epicheremata Hi-  
storicō-Theologica nuper copta publice ventilando de-  
siderabunt.

### D. REINH. HENR. ROLLIUS,

*P. publ. ord.*

**A**d finem fere perductis commentationibus in histo-  
riam Ecclesiae nouissimam, publice hora IX. scholas  
aperiet homileticas; easque theoretico-practicas, in heati  
RAMBACHII nostri praecepta; & alternis vicibus Pole-  
micas, in Syllogen FECHTIANAM; quibus, horis qui-  
busdam pomeridianis exercitium disputatorium in eandem  
Syllogen adjunget. *Priuatin hora VII.* in tradenda Theo-  
logia dogmatica perget, eamque, factio a tertia Compen-  
dii BAIERIANI parte initio, hoc ipso, quod nunc in-  
gredimur, semestri absolvere studebit.

\* ) ; ( \*

---

## D. IO. HERMANN. BENNER

*P. O.*

**E**xercitationes hermeneuticas, publice complebit. **D**ogmaticae & moralis theologiae, (vtramque absoluit) denuo telam retexet: ubique visurus, ut verbum Christi copiose inter nos habitet.

## ERN. FRID. NEVBAVER,

*Theol. D. & P.O. Rei Stipendiariæ Ephorus & Definitor,  
Sociorum ordinis Theol. b. a. Decanus.*

**P**raeter publicas disputationes, b. MENZERI quæstiones theol. ad Aug. Conf. excutientes & praecipuas theologiae dogmaticæ, polemicae ac symbolicae materias continentes, priuatum, iuuante Numine, hora VIII. historiam ecclesiasticam noni test. intra annum spatium absoluendam, ad ductum b. LANGII proponet, omnia ad scrutandam admirandamque diuinam prouidentiam & prudentiam ecclesiasticam comparandam translaturus. Quod si alia desiderata fuerint, lubens Dnn. Commilitonibus gratificabitur. In primis vero res alumnorum Principalium, quoad eius fieri poterit, omni studio ac fidelitate curabit.

---

## In Facultate Juridica.

## D. IO. FRIED. KAYSER,

*In Regimine & Corsistorio Eccles. Director, Iur. Prof. P. O.  
& Prim. nec non rerum Oeconom. in Alma Ludovic.*

**P**ublice materiam de feudis Fuldenibus per Disputationes continuabit & absoluet. In ceteris, quantum quidem per

per strepitum forensem & distractiones practicas licebit,  
Nob. Dn. Dn. Commilitonum studia sedulo promouere  
non desistet.

## D. FRANCISCVS IVSTVS, KORTHOLT,

*Prof. Iur. Ordinar. & Acad. Syndicus.*

Digestorum explicationem ad finem perducet, duabus  
per singulos dies horis huic labori destinatis. *Ius*  
*publicum & feudale*, nuper absoluta, de integro interpre-  
tabitur.

## D. IO. ERNEST. HOEPFNER,

*Prof. Jur. Ord.*

Publice Cl. BOEHMERI Elementa Jurisprud. criminalis  
interpretabitur. Privatim HEINECII Elementa  
juris civilis sec. ordinem Institutionum & Illustr. BOEH-  
MERI Jus Digestorum explicabit, atque IAC. GABR.  
WOLFFII Elementa juris feudorum commentariis suis  
illustrabit.

## IO. CHRISTOPH. BALSER,

*P. P. O.*

Publice doctrinam de Actionibus explicabit. Privatim *Ius*  
*Digestorum* denuo exponet; in vitroque Illustr. BOEH-  
MERVM ducem secuturus. Nec non, cum ad cognitio-  
nem juris canonici & ecclesiastici plurimum faciat, nosse  
statum ecclesiae primitiae; eundem praeeunte eodem  
D. BOEHMERO in deum Entwurff des Kirchenstaats des-  
ter drey ersten Jahrhundert illustrare sataget; simulque  
ad Textum Institutionum commentabitur. Ceterum ad No-  
biliss. Dn. Commilitonum desideria sese accomodabit.

GEORG.

# GEORG. WILH. WAGNER,

I. V. L. eiusque Prof. publ. extraord. & Facult. Iurid. Assessor.

**P**ublice commentabitur in elementa Iurisprudentiae criminalis ductu celeb. BOEHMERI. Privatim tradet elementa iuris civilis, secundum ordinem institutionum, duce B. HEINRICCI Pandectas eadem, vel III. BOEHMERO praeeunte, duabus per diem horis expōnet, quo sequenti semestri ad finem D. V. perduci quēānt. Offert quoque praelectiones ad III. KOPPII Historiam iuris vniuersi, nec non introductionem ad processum tam communem, tum suminorum Imperii Tribunaliū; id acturus sedulo, quo in his, aut aliis, Praenob. Dom. Commilitonum studiis satisfiat. Nec deerit, qui disputationibus publicis, vel priuatis, vires exercitari voluerint.

## In Facultate Medica.

### D. IO. CASIMIR HERTIVS,

Nihil intermitet, quod ad officium suum pertinere intellexerit, siquidem Deo ipsi fractas diurnis vī morbi, quo cum conflictatur hactenus, vires restituere placuerit.

### LVD. HENR. LEO HILCHEN,

P. P. O. b. a. Decanus.

Publice doctrinam de remedii evacuantibus chirurgicis pertractabit. Privatim institutiones, hygienen, methodum conscribendarum formularum & praxi sp̄ecialem trader.

# In Facultate Philosophica.

## IO. LUDOVICVS ALEFELD,

*Philos. naturalis Prof. publ. Ordinis Philos. b. t. Decanus,*

**P**ublicis lectionibus *Physicam* vniuersitatem pertractabit, operam daturus, vt, si fieri possit, illa aestiuo hoc semestri absoluatur; experimenta quoque, quibus tradita vel confirmari, vel illustrari poterunt, frequentius instituet. Priuatim de *vi corporum electrica* commentabitur, recentissima hac de re tentamina, repetet, & admiranda electricitatis phaenomena ad rationes suas reuocare studebit.

## D. ERN. FRID. NEVBAVER,

*Antigg. & Gr. Orientaliumque Lingg. P. O.*

**R**ecitationibus publicis destinabit difficilem *Pauli ad Ebraeos epistolam*, ex graeco fonte ita enucleandam, vt & illi dignitas, & rerum maiestas patescat; praincipue autem sacrae antiquitates latebris suis eruantur. Selectioribus, si qua fuerint, ingenii vel patres apostolicos graecos, vel chrestomathiam patristicam graecam; vcn. Vratislaviensium theologo IO. FRID. BVRGIO procurante, editam; priuatim praelegeat. Ad ebraicas & reliquas in oriente olim cultas litteras nec minus erit paratus.

## ERNESTVS THOM,

*Prof. philos. pract.*

**H**. Koehleri *Ius naturae* priuatim, & eiusdem *Ius sociale gentium* publice & enucleate explanabit. Exponetur

netur etiam ab eo I. A. Erneshi Initiorum doctrinæ solidioris pars tertia moralis ; ius naturæ & ethicam complexa , cuius explicatio nec inutilis erit nec iniucunda iis , qui præcipua viuendi præcepta semestri spatio percipere cupunt.

## CHRISTIANVS FRID. MEIS,

J. V. D. & Prof. Philos. ord.

PUblice historiam vel recentissimam vel universalem exponet. Privatim suam operam desideraturis satisfaciet.

## ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Mathes. P. P. O.

BAUMEISTERI Logicam & Metaphysicam vt & Perillustr. WOLFFII institutiones mathematicas denuo explicabit.

## HENR. CHRISTOPH. NEBEL,

vtr. Elogi. P. P. O.

PUblice Plini Panegyricum, Traiano dictum : priuatim præcepta stili latini ; & quæ in aliis diligentia auditorum a studiis ipsius exspectabit ; omni industria exponet. Priuatissimos labores , nuper institutos , persequetur.

## CHRISTOPH. LVD. KOCH,

Jur. vtr. Lic. Philos. & Histor. P. P. O. Jur. Extraord.

Facult. Jurid. Adseffor & Bibl. Acad. Praefectus.

PUblice ab hora VI. pomerid. Celeb. HEVMANNI Conspectum Historiae litterariae interpretabitur. Priuatim hora

hora IV. Historiam Regni Imperiique Germanici ex delineatione Celeb. SCHMAVSII denuo tradet. Additurus est, si placuerit, illustrationem Germaniae Principis L. P. GIOVANNI. His librorum notitiam iunget, eumque in finem Bibliothecas publicas statim temporibus recludet. De Praelectionibus iuridicis Iuris nempe Germanici & Pandectarum Praenobilissimos Dominos Commilitones sigillatim certiores faciet.

PRAETER ista, generosis quoque ac nobilissimis ciuiibus, de luculentia equitandi, pugnandi gladio & saltandiique, palaestra, Gallicae item & Italicae linguae scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

